Quaestionum Tullianarum

specimen primum

ad Caelianam orationem spectans.

Dissertatio inauguralis,

quam

amplissimi philosophorum ordinis

in

Academia Georgia Augusta

auctoritate et consensu

ad summos in philosophia honores capessendos

scripsit

Carolus Barwes

Pollensis.

Gottingae, 1868.

Typis expressit officina academica Dieterichiana.

Guil. Fr. Kaestner.

CAROLVS BARWES

HERMANNO WRAMPELMEYERO

ET

GVILELMO OETLINGIO S.

Codicum collatorum, qui Caelianam Ciceronis orationem continent, qualis sit conditio ab amicis meis Wrampelmeyero Oetlingioque hoc ipso anno egregie demonstratum est, qui in illo labore ita versati sunt, ut codices collatos secundum lectionis discrepantiam certis quibusdam familiis adsignarent. Sed non solum lectionis discrepantia, sed etiam orationum, quo in singulis codd. exhibentur, ordo ad hanc quaestionem diiudicandam summi momenti est, in omnibus enim codd. collatis, quos ex codice quodam superstite et collato descriptos esse demonstrare possumus, librarii aut archetypi ordinem plane secuti sunt, aut leuiter tantum immutaverunt. Quod cum de codd. collatis constet, quid nos cogit, ut, quod attinet ad non collatos, rem aliter sese habere existimemus? Multi tamen codd. ex diversis fontibus effluxerunt, ideoque factum est, ut orationum ordinem partim cum hoc, partim cum illo communem exhibeant, nonnunquam etiam eaedam oratt. in eodem cod. bis exaratae reperiantur, (ut Pomp. in Lagom. 24, redit. ad Quir. in Oxon. ψ, Vatiniana in Leidensi C, [petit. consul. in Neapol. 66,] Ro. Amer. in Salisb. 34, Arch. in Steinmetzii Bavarico altero). Quae fontium diversitas, etiamsi iudicii difficultatem de codicum non collatorum conditione vel maxime augeat, Caelianae tamen codices ita comparati sunt, ut pauci tantum remaneant, de quibus certum iudicium tum demum proferri poterit, si quis eos comparaverit, plerique autem communi quodam affinitatis vinculo inter se cohaereant.

Quod ut accuratius demonstrem de singulis codd. ea mihi dicenda sunt, quae amici mei non iam exposuerunt.

Prima familia.

1 et 2. Omnes codd. notos, qui Caelianam continent, antiquitate longe superant codices rescripti Ambrosianus et Taurinensis. De tempore, quo Ambr. exaratus sit Ang. Mai quaedam dixit in libro, cuius titulum affert Deschamps, essai bibliographique sur M. T. Cicéron, Paris 1863 p. 77, sed ita titubanter et strictim, ut ne illius quidem praestantissimi viri sententiae plenam fidem habere possim: iudicavit enim vir doctiss. palimpsestum A ad II vel III christiani aevi seculum pertinere. Ad quam opinionem, quae in solis literarum formis nititur vel refellendam vel fulciendam, qui post Maium exstiterit, mihi quidem innotuit nemo praeter Peyron, qui in libro suo de Cic. oratt. pro Scauro cet. frgm. ineditis, Stuttg. 1824 pal° T tantam antiquitatem concedit, quantam Mai A. Uterque cod. Bobbii rescriptus est a diversis amanuensibus, quod ex nonnullarum literarum ductibus intelligi potest (Peyron p. 6). Ciceronis verba in utroque cod. literis maiusculis exarata sunt, quarum specimina Maius et Peyronius aeri incidenda curaverunt. Ambrosianus sec. VIII Sedulii, christiani cuiusdam poetae, carmine paschali (Peyron p. 216), Taur. sec. XII 'D. Augustini collatione cum Maximino Arianorum episcopo' (Peyron p. 3) oblitus est. Utrum pall. eidem an diversis familiis adsignandi sint ex tribus tantum, quas communes exhibent, locis discerni potest: pro Tullio §. 7—11, p. Scauro 18—25. 31—36, ex quib. locis apparet, neutrum esse ex altero descriptum, saepe enim A habet quod T omisit, saepiusque T hab. quod A om. itaque cum locum aperte corruptum, qui legitur Cic. (edit. Or. Bait. Halm.) vol. IV p. 958, 36 paene eodem modo exhibeant statuendum est utrumque cod. ex eodem vel simili fonte derivatum esse. Utrumque cod. ad stirpem pertinere a cod. primario (Parisino 7794) diversum recte ab amicis meis demonstratum est. Sed non solum

Par. ex pall. non dirivatus est, sed ne unus quidem reliquorum, qui nobis innotuerunt, codd. Nam post sec. XII codicum rescript. conditio talis erat, ut ex iis nihil describi potuerit, nisi ea scripta, quibus foed ati sunt, ex sec. XII autem duo tantum codices Caelianam contin. ad nostra tempora pervenerunt: Gemblacensis, quem neque ex A neque ex T derivatum esse amici mei ostenderunt et Harleianus 4927, qui tamen praeter Caelianam or. nullum scriptum Tull. exhibet, quod in pall. quoque legatur. Codices igitur rescr. T et A unam familiam repraesentant, quam quomodo cum ceteris codd. cohaereat pro certo dicere nemo potest, praesertim cum ne ex orationum quidem ordine concludi aliquid possit, utriusque enim codicis folia olim quartanaria discissa et in forma octava conglutinata sunt, quare factum est, ut orationum ordo qualis olim in his codd. fuerit ignoretur.

Secundae familiae.

3. Parisinus 7794 principatum obtinet, de quo cod. amici mei tam accurate disputaverunt, ut mihi nihil novi relictum sit. De orationum ordine cfr. Oetl. p. 1. Wr. p. 4.

4. Bernensis 136 (Sinner, catal. codd. Bern. I p. 338) sec. XI vel XII, (Mus. rhen IX 322, 1) idem est quem Halm, nescio quam ob causam, fere ubique num 104 signavit. Eum ex superiore cod. transscriptum esse Halmius docuit loco ab amicis citato et Annal nov. phil. et paed. LXXI, 117, continet easdem decem oratt. quas Par. et quidem eodem ordine.

5. Bernensis 284 (Sinner I p. 337) sec. XV ab Halmio notatur num. 254; orationum ordo idem est atque in superiore, nisi quod in hoc Cluentiana (mutila) inter Sestianam et Vatin. exhibetur. Quod ad Sestianam attinet hunc cod. ex altero Bern. derivatum esse Madvigius docuit op. ac. I 427, quod ad Caelianam attinet mihi idem dicendum est, transcripsi enim utriusque cod. collationes ab Usterio factas inter seque comparavi, ex quo labore cognovi utrumque cod. 214 locis ad

hanc quaestionem diiudicandam idoneis inter se congruere discedere alterum ab altero 59 leviculis discrepantiis.

6. Caroli Stephani codicem ex P derivatum esse Wr. p. 21 ostendit, quam sententiam recte se habere probatur et ex 21 locis ex Sest. et Cael. desumptis, quibus codd. inter se conspirant et ex eis, quae ad cod. 7 exponam.

7. Parisino 6369 sec XIV Steinmetzius in orr. sel. anno 1832 editis usus est, sed cum orationes a Steinm. selectae in P. 7794 non legantur lectionum discrepantia demonstrare non possum cod. 7 esse ex 3 derivatum, quod tamen propterea verisimile est, quod decem illas primarii cod. oratt. plane eodem atque ille ordine exhibet: Somn. Scip. cum commentario Macrobii, Hermetis Tricmegisti de idolo liber ad Asclepium, Apuleji Medaurensis de deo Socratis, iam sequuntur decem illae orationes, Planc. Sull. Arch. Marc. Lig. Deiot. Cluent. Pomp. Mil. Flacc. S. Rosc. Quint. Mur. Cum Garatonius in edit. Neap. X p. 522 ad Cael. §. 63 notaverit *temperantes* a Car. Steph. ex Parisiensi desumptum esse cumque idem ille vir praestantissimus coniecerit Carolum Steph. Parisini cod. 'dominum' fuisse, coniicere mihi liceat Stephani codicem nullum alium esse nisi Par. 6369. Non sum nescius Stephanum plurib. codd. usum esse ut Paris. 7823 et 7774[a], qui Caelianam non continent, Nanniano aliis, qui hic in censum vocari non possunt (cfr. Cic. II p. 103, 117, 323) Jam vero cum Stephani codex, quo in Caeliana recensenda usus est, utique cum P. 7794 arctissime cohaereat, cumque ex reliquis codd. Par. Caelianam continentibus Parisinus tantum 6369 et 7774[b] decem illas oratt. eodem atque cod. primarius ordine exhibeant, eo res redacta est, ut ex his duobus qui fuerit Caroli Stephani examinemus. Halmius (Cic. II p. 716) coniecit codicem St. Victoris eundem esse atque illum, quem Steinmetzius Parisin. 4 (=7777) significaverit, cuius sententiae veritas non solum lectionum discrepantium in utroque cod. concordantia, sed eo vel maxime demonstra-

tur, quod codex St. Victoris (teste Steinmetzio p. XI) orationes Catilinarias exhibet, quae exstant in Paris. 7777, desiderantur in Par. 6369. Codex igitur Car. Stephani non differt a P. 6369, St. Victoris idem est atque P. 7777. Quam rem si recte exposui Madvigii suspitio abiicienda est, qui (op. ac. I 417) codici St. Victoris moiorem antiquitatem tribuere videtur, quam Caroli Steph. in catalogo enim P. 6369 ad sec. XIV vefertur, sed P. 7777 anno 1466 exaratus est. Quo iure Wr. p. 21 coniecerit codicem St. Victoris sec. XII scriptum esse haud facile est intellectu.

8. St. Victoris codicem ex monasterio St. Victoris prope Parisios sito in bibliothecam Parisinam deportatum esse verisimile est. Eum esse summi momenti quippe qui nonnunquam ea contineat, quae in P^1 fuisse videntur infra demonstrato ad Cael. §. 5 Ceterum cfr. codd. 7, 9, 12.

9. Parisinum 7777 decem illas oratt. eodem quo cod. primarium ordine continere supra dixi. Ceterarum in hoc et in C. Stephani cod. orationum ordo similis est: Verr. Catil. Cic. in Sall. Sall. in Cic. Pomp. Mil. decem illae orationes, tum Planc. Sull. Arch. Mur. S. Rosc. Marc. Lig. Deiot. Cluent. Quint. Flacc. Hoc quoque cod. Steinmetzius usus est cfr. cod. 7.

10. Helmstadiensis 304 sec. XV, nunc Wolfenbuttelanus 205 continet 39 orr. Tull. (non 38 ut Wr. scripsit), octo orr. quas eodem atque P. 7794 ordine exhibet (desiderantur orr. *prid. q. in ex. iret* et *post red. ad senat.*) ex P. ipso descriptas esse Wr. p. 22 concedendum est. Reliquas orr. cum Stephani et St. Vict. codd. sed ordine turbato communes exhibet: Phil. Sull. Marc. Lig. Deiot. 8 illae oratt. tum Mur. S. Ro. Cic. in Sall. Quint. Flacc. Planc. Catil. Pomp. Arch. Cluent.: In or. p. Mur. plerumque cum St. Vict. conspirat (Halm. Cic. II p. 716), in or. p. S. Rosc. cum Salisburg. 34 (Halm., münch. gel. Anz. 1849 p. 667, prgr. (=Halm. zur Hdschrftnknde cet. München 1850) p. 9.

11. De Ursini cod. cfr. Wr. p. 21.

12. Lambini codices maxime cum P. cohaerere Wr. p. 22 exposuit, sed meliores Lambini libri P. praestantia superant cfr. Cic. II p. 1002, 1 P[1] *prae....ani*, Lamb.: *praestutiani*, St. Vict.: *piriestutiani*, scribendum est *Praetutiani* cfr. infra ad. §. 5. 1017, 24 Lamb.: *sempiternam*, 1024, 17 L.: *libidinosae*, primo loco Lamb. cod. primam P[i] manum repraesentat, reliqui duo coniecturae deberi possunt. Alii Lambini codices coniecturis magis tentati sunt, ut perspicitur ex his locis: 1005, 10 neque *enim* eius facti, 1014, 20 *et directa via ac ratio*, 1015, 11 *stuprorum*, 1016, 25 *sed etiam proterva meretrix* (ut Salisb.) 1018, 6 *immanitate*, 1021, 32 *conducerentur*. Codice quoque St. Victoris Lambinus usus est Halm., Cic. II 716, ex quo cod. editionem Lamb. effluxisse Madvigius opinatur op. ac. I 425, 2.

13. Lallemandi commemorantur duo codd. quos cum P cohaerere Wr. ostendit, quos codd. fuisse Parisinos cum constet (Steinmetz l. c. p. X) cumque oratt. ad quos variae lectt. ex Lallemandi codd. commemorantur, in tribus tantum codd. Par. (7782, 7779, 7774[b]) exhibeantur, cumque codicis 7774[b] oratt. ordo ostendat eum magis cum Lagom. 8 (qui codicis Gemblacensis recensionem sequitur cf. cod. 50), quam cum P cohaerere, coniicere mihi liceat Lallemandum duobus qui sequuntur codd. usum esse.

14. Parisinus 7782 olim Mazarinaeus sec. XV multis lacunis in orationum initio et fine obviis laborat, orationis pro Ro. Amer. finem in hoc cod. desiderari scriptor catalogi Parisini auctor est, de qua tamen re Steinmetzius tacet. Ex oratt. ordine huius cod. nihil concludi potest, neque enim alius cod. mihi innotuit, in quo similiter exhibeatur, videtur igitur ex diversis fontibus emanasse.

15. Parisinus 7779 scr. anno 1459 oratt. ordinem plane singularem exhibet, ut idem de hoc atque de superiore dicendum sit.

Familiae tertiae.

16. agmen ducit Gemblacensis 5345, nunc Bruxellensis 5345 sec. XII (Catalogue des mss. de la biblioth. royale des Ducs de Bourgogne II p. 212). Halm. Annal. nov. phil. et paed. XV, 167, 7. Longe inferior est P. tamen ceteris codd. facile praestat (praef. Cic. II p. X) et quasi medium tenet inter et Erf. et P. (ib. p. XII) Annal. l. c. 170, 14. Qua ratione cum P cohaereat amici mei recte exposuerunt.

17. Ex Gemblacensi (5345) apertissime descriptus est Leidensis B (num 12) Wr. p. 25 sec. XV init. scr. Fuit quondam Francii (Vollenhoven p. 3), tamen rarissime et quidem in leviculis tantum discrepantiis Leid. B cum Fraacianorum codd. lectionibus conspirat, minime igitur cum istis confundendus est. In quarta Verrina minime spernendus est (cfr. Jordan in Cic. II p. 323). Orationum ordo, qui aliquantum a P discrepat in hoc cod. et in Gembl. similis est, nonnullas Leidens. B ex alio fonte petitas praeterea exhibet.

18. Oxoniensis χ = collegii novi num. 249 sec. XV quod ad Cael. attinet eam recensionem sequitur, quae inest. in Gembl. (Wr. p. 24) multas praeterea orr. ex alio fonte petitas continet.

Ad quartam familiam referendi sunt:

19. Erfurtensis sec. XIV decem illas primarii codicis orr. eodem fere atque ille ordine exhibuit, (duae interciderunt *in Clodium, p. Sestio*; Vatiniana primo loco exarata est, quae in P sextum tenet). Continet: De offic. de orat. Rhetoricorum duo, Topic. Sall. in Cic. Cic. in Sall. Catil. Marc. Lig. Deiot. 8 illae oratt. tum: Arch. Pis. Pomp. Caecin. Sull. Planc. Mil. Agrar. Verr. Epist. libri tres, de senect. de amicit. In oratt. quas non habet cum P communes deterioris notae est, in or. enim *p. Ro. Amer.* cum Salisburg. 34 conspirat (ut Wlfbttl. 205), in

Deictar. et Pison. multis interpolationibus foedatus est (Halm., münch. gel. Anz. 1849 p. 667 et 674) Pisonianae exempla collegit Halm. Cic. II p. 1101.

20. Harleianus 4927 (catal. bibl. Harl. III p. 221) sec. XII exhibet inter orr. paradoxa Stoicorum ut Erfurtensis gemellus Palatinus IX, de amicitia ut Erf. Ad finem folii ultimi legitur 'incipit liber Tullii de senectute', qui liber olim ab hoc codice distractus (ut apparet ex cod. Londinensi 241) revera inest in Erf. Orationum ordo similis in hoc cod. atque in Erfurt. ansam praebet suspitioni utrumque cod. ex eodem fonte effluxisse, cumque Harleianus Erfurtensem antiquitate superet, fortasse illi praeferendus est, utique autem dignus videtur qui conferatur.

21. Londinensem 241 sec. XIV (*Libri*, cataloque of mss. Lond. 1859 p. 56) ex codice superiore descriptum esse coniicio, orationum enim ordo in utroque cod. idem est. Scriptus esse dicitur in Gallia, videtur igitur uterque cod. perbonae notae esse.

22. Palatinus 1525 (est Gruteri IX cfr. Halm. Cic. II p. 753, 847, 859, quem tamen in or. pro Caecina Gruterum num. II significasse Baiterus opinatur Cic. II p. 479, codicem totum in Halmii usum excussit Car. Prien *ib.* 516) sec. XV ab amanuensi germanico (? Halm. Annal. nov. ph. et p. XV 166) exaratus est. Scriptorum ordo in hoc et in Erf. similis est, in Caesarianis orr. Erfurtensem superat *ib.* 168, ceterum ex eodem quo ille fonte derivatus est *ib.* 169. Halm. prgr. n. 77.

23. Lagomarsini 76 = Laurent. plut. 76, 24 sec. XIV. Scriptorum ordo orationumque inscriptiones in hoc cod. et in Erf. similes sunt.

24. 'Ex hoc codice descriptus apparet cod. membr. in 4° bibl. St. Reparatae, qui fuit Georgii Antonii Vespuccii' Bandin. bibl. Laur. III p. 98. De quo codice praeterea nihil investigare potui.

25. Palatinus 1483 (Gruteri III ?) quo tempore scriptus sit ignoratur (Ann. XV, 173). Hunc cod. atque il-

lum, qui sequitur magis cum E, quam cum P G cohaerere e lectionum discrepantia cognoscitur.

26. Palatinus 1490 (Gruteri IV) scr. Papiae 1466. Omnes, quos hucusque enumeravi codd. (praeter pall. T et A) partim P^{i}, partim G^{is}, partim E^{is} recensionem sequi demonstrasse mihi videor. Jam sequitur eorum codd. deterioris notae series, qui aliis codd. intermissis ex tribus codd. primariis (P G E) aut ita derivati sunt, ut unius cod. recensionem secuti sint, aut ita, ut ex cod. descriptos esse appareat, qui ad alius recensionis codicem correctus fuit, aut ita, ut partim ex hoc, partim ex illo cod. primario emanaverint. Qui

Quintae familiae

codices, cum omnes communi quodam vinculo inter se cohaereant, sub unum conspectum mihi vocandi sunt, ita tamen, ut quam recensionem singuli sequantur, quoad demonstrare potero, dicam.

27. De Salisburgensi aulico num. 34 sec. XV (Florentiae? scr. Halm prgr. n. 18, mus. rhen IX, 328) Wr. p. 25 egregie disputavit. Restat ut haec addam: Orationum, quas continet recensiones diversi pretii sunt (Cic. II p. VI, in Cluentiana principatum tenet, ut ex Classerii edit. constat, melioribus italicae familiae codd. adnumerandum esse in praef. Cic. II p. VI docetur. Fonteianam in hoc cod. et in reliquis ex cod. Vaticano descriptam esse constat (Halm. Cic. II 462). In Caesarianis orr. optimis libris adnumerandus est (Steinmetz orr. sel. p. VI), consentit enim cum Erfurt. Hunc cod. atque illum, quo Steinmetzius usus est, eundem esse apparet ex Cic. II 540.

28. Steinmetzii Bavaricus alter (sic mihi notandus est, cum catal. codd. Monac. nancisci non potuerim) olim in bibl. electorali n. 68 insignitus sec. XV orationum ordinem, quod attinet ad eam partem, in qua Caeliana exarata est, similiter exhibet atque Salisb. 34.

29. Coloniensem 70 ad Parisinum referendum esse

Wr. p. 25 bene vidit. Orationum ordo qualis in hoc cod. sit nescio.

Qui sequuntur codd. 30—36 propter orationum ordinem eidem familiae adscribendi sunt, cui Salisb. 34. Niebuhrius quod attinet ad orat. p. Flacco codices Lagom. 10, 11. 13 eidem familiae addixit, Halm. prgr. p. 19.

30. Lagom. 10 sec. XV in Catilinariis optimae familiae adnumerandum esse Halmius docuit prgr. p. VI et p. 19. qui eo in Catilinariis edendis usus est.

31. Lagom. 11 sec. XV oratt. plane eodem atque duo, qui sqq. ordine exhibet.

32. Parisinus (Bibliothèque de M. Amb. Firm. Didot) Deschamps l. c. p. 181 num. 157 sec. XV[i] fin.

33. Codex musei britannici (Catalogue of the Burney mss. in the Br. Mus. num. 157) sec. XV.

34. Lagom. 13 sec. XV.

35. Palatinus 1480 (Gruteri II?) quando scriptus sit ignoratur (Ann. nov. XV, 173).

36. Palatinus 1486 temporis incerti. *Jam sequitur 37—46 codicum mutilatorum series, qui plerumque Parisini recensionem sequuntur, nonnumquam tamen (de qua re amici tacuerunt alius recensionis vestigia ostendunt.*

37. Leidensis D (num. 128) olim Vossii 302, sec. XIV.

38. Leid. A (num. 50) scr. 1459 (Vollenh. p. 1).

39. Leid. C (n. 91) olim Vossii 88 sec. XV. Consentiunt Leidenses DAC 107 Caelianae locis ab Orellii editione priore discrepantibus. Praeterea A cum C 75, C cum D 41, D cum A 32 menda communia exhibet. Codd. AC ex D derivatos esse propter orationum ordinem non satis verisimile est.

40. Parisinum 7828 sec. XV (primum Joannis Baptistae Hautin, postea Stephani Baluzi) codicibus mutilatis adnumerandum esse conieci, quia Parisini catalogi scriptor ad Caelianam notavit 'huius ultimae finis desideratur', non igitur satis liquet utrum codex §. 70 desinat, an ultima folia ab eo distracta sint.

41. Oxoniensis T nunc notatur collegii Lincolniensis num. 40, ut ex codicis descriptione, quae invenitur in edit. Oxon. (1783 vol. I) comparata cum Coxii catalogo Oxon. (vol. I) apparet. Inter orr. exhibet Ciceronis de pet. cons. librum, ut eiusdem familiae codd. Leid. C, Palat. 1478, 1481, Vindob. 18, Neapol. 64, 66 bis; Malatestan. XIX, 2; Escorialensis II, T, 4; III, V, 14. Negligentissime scriptus est, multas enim lacunas solus exhibet.

42. Oxoniensis C inter Laudinos num. 58 scr. anno 1450. Quomodo codex nunc distinguatur nescio, cum Coxiani catalogi fasciculus, quo enumeratus est, Gottingae non asservetur. Jam igitur mihi demonstrandum est in codd. Leidd. DAC, Ox. TC aliarum ac inest in P recensionum vestigia reperiri: §. 21 Cael. praebent *varietates* ut EG, 25 *animos . . accenderet* (*actendoret* Ox. T) ut Sal., 30 *de prevaricatione* Ox. C ut Erf., 38 *est responderet* (interpolatum *resp.* non legitur in P), 46 Leid. D, Ox. C: *Omittendae*, 50 *defendendi facultatem* Ox. CT, Leidd. DAC ut G^2 Sal., 64 *invenio* omnes contra P, 65 *meliori magis* omnes ut Sal., 68 *videatur* Ox. T, Leid. C pro *dicatur*. Etiamsi igitur plerumque Parisini recensionem sequantur, ex cod. tamen derivati sunt, qui ad diversae recensionis cod. correctus fuit.

43. Lagom. 19 = Laur. plut. 48, 19 sec. XV^i init. scr. Apud Bandin. (bibl. Laur. II p. 445 operarum ut videtur vitio legitur hunc codicem a Lagom. num. 26 esse notatum, ipse tamen Bandinius recte dixit (II p. 453) non hunc, sed Laurent. plut. 48, 26 (de quo Halm. prgr. p. 20) a Lag. esse num. 26 a ceteris distinctum. Quod vitium amicos meos fugit.

44. Lagomars. 20 (Laur. plut. 48, 20) sec. XV Vatinianam his exhibet ut Leid. C.

45. Lagomars 23 (Laur. plut. 48, 23) sec. XV.

46. Barberinus ex edit. Neapol. notus est (catalogum bibl. Francisci Barberini Rom. 1691 in fol. nancisci non potui) ex qua, quod ad Caelianam attinet 53

lectionum discrepantias expiscavi, quib. 28ies cum Leidd. ACD, 6ies cum A, quater cum AC, ter cum CD, quater cum D consentit, octies alia sed similia praebet, ita ut perspici possit, codicem ex eodem quo illos fonte derivatum esse.

De codd. 47—51 cfr. Halm. Cic. II 657, eos esse deterioris notae idem docuit p. 830 omnesque ad eam familiam pertinere, cui Lagom. 20 adscribendus est, Niebuhrius (quod ad Catilinarias attinet) exposuit (Halm. prgr. p. 18, 4).

47. Lagom. 24 sec. XV.

48. Lagom. 9 sec. XV.

49. Lagom. 7 sec. XV.

50. Lagom. 8 sec. XV ad or. de domo post Lagom. ab Henr. Schaeppio iterum collatus est, ex qua collatione intelligitur codicem saepius cum Gembl. quam cum P consentire, videtur igitur ex codice quodam effluxisse, qui ipse ex P derivatus ad librum ms. qui Gemblacensis recensionem sequebatur, correctus fuit.

51. Lagom. 1 olim Faesulanus, nunc Laurentian. (Bandin. bibl. Leopoldina III p. 128 sec. XV. Bandinius notavit codicem quatuor orr. locunosas exhibere, quem tamen Baiterus Cic. II 540 lacunarum esse immunem dixit, quod fortasse ad solam Cluentianam pertinet.

In codicibus 52—56 orationum ordo paene idem est atque in Lagom. I.

51. Oxoniensis S collegii Lincolniensis n. 39 (olim ut in edit. Ox. num. 13) sec. XV cfr. Wr. p. 24.

53. Oxoniensis ψ collegii Balliolensis n. 248a eandem recensionem atque Oxon. S sequitur, accurate descriptus est in edit. Oxon. vol. I p. 16—19.

54. Harleianus 2681 (cat. bibl. Harl. II p. 707). scr. 1483.

55. Neapolitanus 65 sec. XV (Janellius cat. Mus. Borb. p. 50).

56. Vindobonensis 15 sec. XV (Endlicher) Collatus ad or. pro Rab. Post. ab Alfredo Ludwig, quam oratio-

nem, qui continent codices omnes ex uno fonte (Poggii cod.) derivatos esse constat (Annal nov. ph. et paed. LXXIII p. 117 et Halm., acta soc. Monac. 1855.)

Codices 57, 58, 59 Niebuhrius, quod ad Catilinarias et ad or. p. Flacco attinet, eidem familiae adscripsit, cui Lag. 24.

57. Lagomars. 21 sec. XV.

58. Lagomars. 25 immerito videri a Bandinio ad sec. XII referri Peyronius ad Cic. frgm. p. 239 docuit cfr. Halm prgr. p. 20 (quod propter amicos meos notandum erat). Ad orationem de har. resp. post Lagom. iterum collatus ab Henrico Schaeppio, in qua orat. additamentis coniecturisque non vacat cfr. p. 912, 13, 29. 913, 14. 914, 24. 916, 8, 12. 917, 32. 919, 5. 925, 35. 927, 5. Ceterum magis ad P[2]GE, quam ad P[1] accedit cfr. 914, 16. 917, 17. 918, 9. 919, 16. 920, 7. 921, 1. Ex Erf. vel Gembl. non descriptus est, quia exhibet quod illi omiserunt 921, 30, videtur igitur (cfr. 922, 9. 923, 24) ita ex P derivatus, ut ex cod. correcto descriptus sit.

59. Lagomars. 65 = Laur. plut. 52, 1 sec. XV init.

Codices 60–64 eodem fere atque Lagom 8 ordine orationes exhibent.

60. Ambrosianus codex 236 sec. XV (Keller, semestr. p. 434).

61. Laurentianus plut. 90, 69[2] (Bandin bibl. Laur. III p. 657) sec. XV fuit Bernardi de Puccinis, oratt. p. Balbo et pro Rab. perd. reo lacunosas praebet ut Lag. 8.

62. Parisinus 7774 olim Colbertinus constat duobus voluminibus, quorum alterum sec. IX, alterum (quod Cael. continet) sec. XV scriptum esse fertur (Cic. II 323).

63. Vindobonensem 16 sec. XV Endlicherus descriptum esse putat ex Florentino Mediceo plut. 90, 69, (Bandin. II 658) in quo Caeliana tamen non inest. Alfredus Ludwig codicem ad or. pro Rabir. Post. excussit cfr. cod. 56.

64. Oxoniensis H = Digbaei 231 (quomodo nunc

significetur nescio cfr. cod. 42). In Caeliana or. fere semper cum Oxon. S. conspirat.

Codd. 65—77 orr. ordinem similiter atque Leid. A exhibent:

65. Parisinus 7781 sec. XV, primum Thuani, postea Colbertinus.

66. Vindobonensis 18 sec. XV, Catilinariam I omissis reliquis 3 exhibet ut item qui sequitur

67. Vindobonensis 19 sec. XV; simile quid invenitur in Lagom. 20 et 7, qui Catilinarias non deinceps, sed aliis orr. interiectis exhibent, Lagom 65 eas 'ordine perturbato' exhibere dicitur.

68. Escorialensis II, T, 4 (Haenel, catal. libr. mss. cet p. 493) sec. XIV. Ad calcem codicis legitur: 'Este libro es de Don Juan Fonseca, obisp. de Burgos, es de los que le dió Pedro de Guzmann en Valladolid'.

69. Escorial. III, V, 14 (Haenel p. 943) sec. XV.

70. Neapolitanus 66 (Janell. l. c. p. 52) sec. XIV.

71. Neapolitanus 67 („ „ „ „ 53) sec. XIV.

72. Neapolitanus 76 („ „ „ „ 59) sec. XV.

73. Palatinus 1478 scr. anno 1413 (Annal nov. phil. et paed. XV, 174) Codex miris inscriptionibus insignis est, quarum nonnullae similiter inveniuntur in Palatin. 1480, 1481, Vindob. 16, Oxon. ψ, ut exemplum afferam: 'Regratulativa de eius revocatione ab exilio'.

74. Palatinus 1481 quo tempore scr. sit ignoratur.

75. Palatinus 1482 „ „ „ „ „

76. Codex Musei Britannici num. 236 (Catalogue of the Arundel mss. in the Brit. Mus.) sec. XV.

77. Malatestanus XIX, (2 Muccioli cat. codd. cet. Caesenae 1780 II p. 120) sec. XV. Orationum ordo in hoc cod. et in Oxon. T plane idem est, sed cum Muccioli non notaverit Caelianae finem desiderari, codicem in mutilatorum numero collocare non sum ausus.

Jam sequitur eorum codd. series, qui certae familiae tum demum adscribi poterunt, si quis eos comparaverit.

78. Neapolitanus 64 (Janell. p. 47) sec. XV certae

familiae adscribi non potest, quia is, qui eum exaravit, nobilissimas Italiae bibliothecas frequentans ex optimis, ut affirmavit, codd. modo hic modo illic orationem in suum exemplar transtulit.

79. Codex St. Crucis plut. XIV, 9 (Bandin. bibl. Laur. IV p. 113) sec. XV. Oratt. ordo in hoc. cod. singularis est.

80. Vindobonensis 17 sec. XV.

81. Gemblacensis 14492 (cat. bibl. Ducum Burgundicorum II p. 213) olim Parcensis, nunc Bruxellensis sec. XV, idem est, cuius mentio fit apud Halm progr. p. 14 not. 2, Wr. p. 27, Oetl. p. 4. Sex tantum orr. Tull. continet, in quorum numero Sullana et Pomp. inveniuntur, non igitur verisimile est, codicem ex Gemblacensi 5345 descriptum esse.

82. Taurinensis 607 (catal. bibl. Taurin. Athenaei II p. 168) sec. XV. Ciceronis orationes omnes praeter Philipp. et Verrin. continere dicitur, orationum ordo mihi non innotuit. cfr. Keller semestr. p. 433.

83. Ahalae liber fortasse est codex Basilicae Coloniensis, qui et Hittorpianus appellatur cfr. Steinmetz orr. sel. p. XII. Ex eo una affertur varia lectio $1008,_{8}$ *ad animos . . leniter accideret* (*accederet* PEG).

84. E Francianis codd. unus distinguitur Francianus I, cuius libri quatuor lectiones expiscavi: $1005,_{14}$ *eius omnino cupidus* ut Leid. A. $1013,_{1}$ *tristi ac decrepito* ut Barberin. ut Leidd., $1009,_{26}$ *deprecari vacationem* ut P, Ox T, Leidd. ACD. $1014,_{11}$ *prolapsione* ut P et pal. T. Francianorum codd. lectiones 9 expiscavi, quorum una cum Leidensi B (cfr. quae ad cod. 17 dixi) congruit $1010,_{4}$ *urgetur.* Semel Franc. cod. ex omnib. notis rectum exhibere dicitur $1022,_{12}$ *emiserunt.* $1010,_{1}$ *mundum* vel *nondum* recte om. ut P Sal. Barb.

85. Nisi Memmianorum codd. lectiones fictae sunt, videtur Memmius diversae recensionis codices habuisse, modo enim cum optimis, modo cum deterioris notae codd. conspirant cfr. Wr. p. 21.

86. Palmerii codicis mentionem semel reperi 1014,7 *vestem discidit* exhibentis, sed videndum est num Palmerio fides habenda sit, in illa enim verborum collocatione coniectura Palm. nititur.

87. Vossianus I praebet 1010,28 *unicam* (solus).

Caelianam contineri in codd. qui iam sequuntur 88—94 Wr. p. 27 pro certo affirmavit, sed magnopere dubitandum est, num revera insit, ad plerosque enim codd. catalogorum scriptores nihil notaverunt nisi hoc: Ciceronis oratt. continens'.

88. Emmeranus 9074 'codex in fol. absque loco et anno'. 89. Turonensis 'Platonis Timaeus (Latine); Ciceronis oratt. sec. XV. provient de Marmoutier. 90. Omerensis 658, 5, 8. Haenel p. 256. 91. Carpentrensis 566 'Ciceronis orationum liber sec. XIV (non XV ut Wr. scripsit, sed operarum vitia praesertim in numerorum scriptura admissa in illa dissertatione vix numerari possunt.) 92. Bruxellensis 'Ciceronis orationes, membranaceus', codicem sex. XV scriptum esse Wr. de suo addidit. 93. De Matritensi hoc notatur 'M. Tulio Ciceron XXX oraciones; invectiva de Salustio contra Ciceron, y respuesta de este y los IV libros de invectiva contra Catilina con pintur.; membr. fol. '94. Middlehillensis' 918 . 102 / 919 . 103 } Ciceronis orationes'. Wr. de suo addidit: '*omnes* et *saec. XV.*' (95 *Caelianam contineri in cod. Montispessulano H 359 amici mei coniecerunt.* Oetl. p. 5 dixit *pro Clodio* scriptum esse in hoc cod. commutatis Clodii et Caelii nominibus, quod in codicum inscriptionib. factum esse mihi non innotuit, neque enim in ullo eorum, qui mihi innotuerunt, codicum tale quid reperitur, sed Montispessulani cod. orationum ordo, quem paene eodem modo quo Parisin. 7777 et 6369 exhibet, ostendit orationem *pro Clodio* esse eam, quae alias *de har. resp.* inscribitur, quam orationem in multis codd. *in Clodium* inscriptam esse iam dudum constat. Plures codices Caelianam continentes ii fortasse investigabunt, quibus bibliothecis publicis liberius uti

concessum erit. Quaestionum Tullianarum specimen alterum orationum ordinem qualis in singulis codicibus invenitur, exhibebit.

Speciminis pars altera.

Caelianam orat. recentiore aetate saepius commentariis (Garatonii, Meronillii, Weiskii, Orellii) illustratam esse notum est, sed de duobus, quos ex codicum catalogis expiscavi commentariis praeter titulos nihil notum est. Legitur apud Deschamps p. 149: Cod. Parisinus 4695, *Anonymi* comment. in Cic. orr. p. Cael. et p. Muraena, ms. sur vélin, du XVIIe siècle, provient de Ph. de la Mare'. Alter liber invenitur in Geelii catal. Leidensi: Cod. Leidens. 512 continet *Tenulii* adnotatio de Ciceronis orr. p. Cael. et p. Mil'. (sec?) Tenulium sec. XVI vel XVII vixisse Leutschius opinatur.

Cael. § 3. Kaysero obtemperandum est, qui pro vulgato *hi sic habeant* edidit *ei sic habeant*. Pronomen enim *hic* talibus rebus anteponitur, de quib. in proxime seqq. accuratius dicturus est orator, sed *is* ad res commemoratas in superioribus atque descriptas pertinet. Cum igitur h. l. personae, de quib. sermo est, enunciato relativo, quod legitur ante demontrativum, accuratius jam definitae sint, pronominis *hic* nulla ratio est. cfr. § 24 *qui autem . . . is iudicio* ib. *quod* (est pron. relat.) *igitur . . id hic pertimescat*. Offic. II cap. 6 *male se res habet cum quod virtute effici potest, id tentatur pecunia*. de orat. II cap. 22 . . *quem . . . in eo, quae . . . ea*. Oxon. χ exhibet *hic sic hab.* (corruptum ex *hii* quod legitur in Leidd. AB). Pronomina *hic.* et *is* in cod. saepe confundi notum est cfr. Cic. II p. $1016,_{15}$. $1019,_{28}$. $1012,_{8}$, saepe etiam litera *h* male additur ut $1008,_{15}$. $1025,_{14}$, male omittitur $1022,_{23}$.

§. 4 *est quidem ista vestra existimatio* solus Leid. A praebet, reliqui habent *nostra* (Leid. D *est ista quidem* ut edit. Lambin.) Quod ad verborum collocationem attinet

Halmio assentior, qui eam sic exhibet ut est in Leid. D propter eam causam, quam exposuit Madvig. gram. lat. § 489^{b}. Jam vero sequitur quaestio difficilis utrum cum Halmio *vestra*, au cum *Klotzio* (edit II anni 1867 p. XXXI) *nostra* scribendum sit. Recte Halmius ad Sull. § 80 (collection. Weidm.) notavit Ciceronem rarissime de se ipso plurali numero loqui, quod quamquam raro fit, in ipsa tamen Caeliana reperitur § 77 cfr. Sest. 50, 121. Pomp. 70 (Cael. 45 *quod nos facimus in dicendo* fortasse ad Ciceronem atque ad Caelium referendum est). Vocabula igitur *defendentibus nobis* et *quid nos opinemur* et ad solum Ciceronem et ad Caelii familiares, in quorum numero se quoque esse Cicero existimat, referri possunt. Sed Klotzius verba, de quibus agitur arctius cum superioribus coniungere videtur, qua ex re haec fere nascitur interpretatio: de illa re (equitis Romani esse filium) iudicare non possum (quia et pars tertia iudicum et ego ipse equitum Romanorum ordini adscripti sumus), sed de pietate est mihi quidem existimatio, sed iudicare non possum, quia iudicium ad solum parentem pertinet'. Sed quaenam est causa cur Cicero de Caelii pietate iudicare non potuerit, qui secum a prima iuventute (§ 9) arctissime coniunctus fuit? quid deinde lucratur Cicero ad redarguendum sola existimatione, si eam non pronuntiat? Cum vero orator § 18, 79 sq. ita de Caelio deque eius patre dicat, ut revera iudicium de pietate, qua inter se alter cum altero coniunctus sit, proferat, Klotzium verba, quae sunt *existimatio* et *iudicium* anxius pressisse inter seque distinxisse patet, quod cum ex illis, quae exposui causis, tum ex hac observatione concludi potest quod Cicero statim non dixit *quid parentes iudicent*, sed *quid parentes sentiant.* Non igitur ea verba anxius distinguenda, sed varietatis causa sibi opposita esse existimo. Quae si recte exposui facere non possum, quin Halmio assentiar, a cuius partibus Leutschium quoque, virum doctissimum stare gaudeo, qui nobiscum olim in seminario philologico communicavit voce *ista* quasi per attractionem dictum esse *istud*, ideoque cum accusatores

et defensores non idem dicere possint, scribendum esse *vestra*. Idem vir doctus recte mihi monuisse videtur ex h. l. modestiam Ciceronis elucere, quia primo loco iudices (*his iudicantibus*), altero accusatores (*vestra existimatio*), tertio se ipsum (*quid nos opinemur*) commemoraverit. [Postquam superiora scripseram Hermanni Sauppii viri doctissimi coniectura mihi innotuit (Philol. XIX 156) *est ista quidem <vestra, alia> nostra existimatio* proponentis, quam conjecturam esse palmarem nemo negabit.]

§ 5 *nemini unquam praesenti prae . . . ani* exhibet P^1, extremi enim vocabuli quatuor literas medias P^2 erasit eorumque loco scripsit *tori*, quam lectionem non esse ferendam omnes viri docti intellexerunt, cum tamen alii *Puteolani*, alii *Tusculani*, Oetl. *oppidani* coniecerint, Klotzius voc. sic exhibeat . . . . *ani*, apparet istas coniecturas omnes nullo niti certo fundamento, neque enim nobis notum est quodnam fuerit Caelii municipium. Sed municipii ipsius nomen h. l. non commemoratum esse Vollenhovenio p. 16 concedendum est, quidni enim Cicero in universum tale quid dicere potuit quale 'nemini unquam ullus italici nominis populus maiores honores habuit'? Qua observatione eo adducimur, ut in vocabulo corrupto *praetoriani* regionis sive populi nomen latere existimemus, in quo Caelii municipium situm fuerit. In quo nomine restituendo codicum vestigia nobis respicienda sunt. Cod. St. Vict. habet *piriestutiani*, cod. Lambini *praestutiani*, quas lectiones non esse ex *praetoriani* depravatas, sed ista interpolatione immunes esse, facile unusquisque concedet. Jam cum P^1 exhibeat *prae . . . . ani* coniectura nascitur codicum Lambini et St. Victoris lectiones e Parisino tum temporis effluxisse cum haec vox non jam a P^2 correcta fuit, ex istis igitur codd. emendatio, quae huic loco sola convenit petenda est. Olim mihi videbar primus emendationem, quae est *Praetutiani* reperisse, nunc autem eam jam esse a Grutero excogitatam partim doleo partim gaudeo. Caelii igitur municipium in agro Praetutiano situm fuisse ex hoc loco discimus, sed fortasse aliquis mihi

obiiciet meam emendationem parum esse probabilem, quia ii, qui agrum Praetutianum incolunt non *Praetutiani*, sed *Praetutii* appellati sint, sed formam *Praetutiani* de personis quoque usurpatam esse discimus ex inscript. ap. Delfico dell' Inter. Pretuz. p. 118, qui locus in lexicis latinis afferri solet.

si nituntur iudicio suorum. Ox Cψ, Leidd. ACD, Erf. Barber. (Stephanus Lambinus) exhibent *nitantur*, fortasse igitur *siquidem nitantur* legendum est. Lacunas in codd. Caelianam continentibus saepius inveniri amici mei demonstraverunt, sed huius loci lacuna facillime ea qua dixi ratione expleri potest, qua re efficitur ut eadem sententia non jam bis eisdem fere verbis exprimatur.

§ 6 Recte viri docti haeserunt in verbis *equidem ut ad me revertar . . . iudicio meorum.* Causae, quas Wr. 14,51 affert, ut demonstret verba h. l. ferri non posse, bene se habent, sed ex istis causis non sequitur totam periodum interpolatori tribuendam esse. Oetl. 15, 33, 35 per istam periodum transitum effici vult, qui tamen hoc quidem loco quam maxime molestus est, nam acervatim crimina commemorantur et rejiciuntur, quod et Vollenh. p. 19 rectissime monuit, et ex hac re perspici potest, quod Cicero accusatorum sententias quinquies per eandem formulam *nam quod objectum est* § 3, 5, 6, 10, 17 in orationem introduxerit. Quod a Cicerone consulto factum esse, et ut melius intelligeretur quot quamque vanae accusationes in Caelium conflatae essent et ut externa quasi verborum forma ostenderet accusationes istas omnes sub unum conspectum vocandas esse (cfr. Bauermeister, 'Cic. Rede de imp. Pomp. nach ihrem rhetor. Werthe erläutert, prolusio scholast. Luckaviensis 1861 p. 17.) propterea affirmare possum, quod omnes et Caelianae et reliquarum Ciceronis orationum locos similes diligenter collegi, ex quo labore cognovi Ciceronem summam industriam in ea re collocasse, ut accusatorum sententias diversissimis modis in orationes suas contexeret verbisque conformaret. Jam igitur, cum istam periodum ei quo edita est orationis loco

parum accommodatam esse constet, quaerendum est, num alii orationis parti magis conveniat. Sententia periodi flagitat, ut de eiusmodi rebus antea sermo fuerit, quibus Cicero nisus ad summos honores escenderit, de quibus rebus (labore studioque dicendi) in huius orat. § 42—47 loquitur. Transponere igitur hanc periodum ante § 47 (inter verba *doctrina puerilis* et *An hic si*) proponerem si alia quaedam causa satis certa accederet, qua illa transpositio probabilis fieret, neque enim illud nobis satisfacere potest, quod in tribus codd. primariis aliae quoque huius or. partes suo loco motae reperiantur. Quam causam, cum non iam reperire potuerim ista medela acriore utique opus esse pro certo affirmare non audeo, hoc tantum dico: Eo modo si transponere nobis licuerit verba, quae sunt *Equidem ut ad me revertar* non iam explicatione sua egebunt, dixit enim antea de se orator § 39 et alias, revera igitur ad se reverti potest, deinde non contradicit eis, quae p. Muren. § 17 dixit, tum rhetorica ex causa periodi sententia translationibus audacioribus instructa illi orationis parti magis convenit quam huic, translationem denique de fontibus Cicerone non indignam esse demonstrant similes huius or. loci § 19 et § 31.

quae si petulantius iactatur Muretus proposuit *iaciatur*, sed cum de criminibus maledictisque et *iaciendi* et *iactandi* vocabulum a Cic. usurpetur (ut ex Cael. § 35 et ex exemplis in Schützii lexico Ciceroniano III 1 p. 62—64 collectis apparet) cumque coniunctivi nulla (Madvig, gr. lat. § 348 et 347) sit ratio codd. lectio servanda est.

§ 7. Admiratus sum et moleste tuli Wrampelmeyerum 11, 55 Oetlingiumque 19, 34 scribi iussisse *et miratus sum et moleste tuli*. Videntur amici mei tale discrimen inter *mirare* et *admirare* in animo habuisse quale Bakius, de emendendo Cic. oratore p. 36 statuere conatus est, ut mirare ap. Cic. fere cum improbatione dicatur. Sed rectissime H. Sauppius, vir doctissimus in explicatione Cic. orat. § 5 seminarii philologici sodalibus exposuit Bakii illud discrimen non in omnes Ciceronis locos quadrare,

quod et ex Schützii lexico exque exemplis a Pideritio (orat. p. 36) collectis perspici potest.

§ 8. Recte fortasse cum Lambino cumque Oxonn. $H\chi\psi$ legitur *illud tantum* pro *illud tamen* ut § 15 (cum Oxonn $H\chi$) *hoc tantum dico* cfr. Wr. 17, 44. Halmii edit. p. 1009, 28. 1003, 6. Halm ad or. Mur. 78. Quam facile a librariis *tamen* et *tantum* confundi potuerit optime discimus ex Oxon χ qui §§ 8, 10, 15, 16, 18, 20, 21, 29, 33, bis, 40, 45 ista verba confudit.

atque etiam isti dignitati Locus tractari non potest nisi respectu habito duorum similium, qui leguntur § 27 *qui in hortis fuerit*, § 72 *cum vestra severitate coniunctum*, oculi enim eius, qui Par. exaravit aberrare potuerunt ab ae*tati* ad digni*tati*, ab re*nuerit* ad f*uerit*, a se*iunctum* ad con*iunctum* Verba *atque . . dignitati* servari iubent Wr. 18, 46. Oetl. 2, 35. 14, 2. Klotz XXXII, quibus propterea assentior, quod Agroetius illa verba sub ipsa *dignitatis* voce affert; aliter si res comparata esset illius grammatici auctoritati non esse obtemperandum existimarem; *qui in hortis fuerit* eiici iubet Oetl. 13, 3, servare conantur Wr. 28, 23 (Klotz XIII), cum in Terentii loco (Hec. IV, 1, 36) de hortis non sermo sit, hanc Ciceronis priodum negligenter *a Donato citatam esse* Oetlingio concedo. Tertii loci explicatio magnis difficultatibus laborat: Caelius accusatus est de vi et quod legatos Alexandrinos necasset et quod Clodiae venenum parasset), jam ut Caelii damnationem accusatores impetrarent Camurtii Aeserniique damnationem praedicaverunt, quod illi quoque in eorum numero fuissent, qui Dionem necassent. Quod praeiudicium ut infringat contendit orator istos homines damnatos esse non propter vim Dioni illatam, sed quod Vettio pudenti adulescentulo vim intulissent: quaenam est igitur causa cur isti homines lege de vi damnari non potuerint? Neque minus sibi ipse contradicit orator contendens Caelio neque proprium quaestionis crimen (venenum in Clodiam et in Dionem paratum) ab accusatoribus obiectum esse, nec eiusmodi aliquid, quod quamquam a lege seiunctum, tamen

cum iudicum severitate coniunctum esset (maledicta impudicitiae, sumptus cet.). Quae si recte exposui verba §[i] 71 *qui quamquam lege de vi* .... § 72 *severitate coniunctum* explicatione sua egent et fortasse interpolatori cuidam vetustissimo (iam enim in pal. Ambr. leguntur) tribuenda sunt, qui lacunam explere conatus est. Exspectatur tale quid: *qui quamquam Dionem certe non necaverunt*, *eo maleficio tamen* ..... *cui neque proprium quaestionis crimen jure obiici potest, nec vero aliquod eiusmodi.* Jam cum tota periodus in suspitionem vocanda sit, ex eodem fortasse fonte quo illae interpolationes, de quibus Halmius (mus. rhen. IX p. 321 sqq.) egregie disputavit, derivata est, ideoque vix discerni poterit utrum verba *cum vestra severitate coniunctum* vetus ille corrector codicibus adstipulantibus exaraverit, an proprio Marte excogitaverit, neque enim totam periodum ab interpolatore omni codicum ope destituto interpolatam, sed virum doctum suo negotio ita functum esse existimaverim, ut coniecturas suas spatiis, quae in codicibus vacua invenit literisque superstitibus accommodaret. Verbis igitur *cum vestra severitate coniunctum* quamquam carere possumus, tamen non est cur ea sola ab interpolatore profecta esse existimemus.

etiamsi sine ulla suspitione, *at non sine argumento.* Vollenh. proposuit: *etiamsi sine ullo argumento*, *at non sine suspitione*, Bakius: *etiamsi non sine ulla susp.*, *at sine argumento.* Infeliciter viri docti periodum coniecturis tentaverunt, non enim *suspitio* h. l. excitationem suspitionis significat, sed hoc sensu (ut § quoque 23) dictum est: 'etiamsi nulla suspitionis causa revera adsit.'

§. 10 *ad quem si accessit* ... *familiaris fuisse.* Bene Wr. 12, 48 Oetl. 17, 40 viderunt huic periodo particulam negativam inserendam esse, quae tamen suum locum non habet post *tamen*, neque enim Caelius Catilinae studuit '*quamquam*' multi boni adulescentes idem fecerunt. Adversarii illud quod sequitur *at enim postea scimus* cet. indicat Ciceronem Caelium per hanc periodum ab istius familiaritatis suspitione purgare studuisse, jam cum prima

Caelii aetas dedita disciplinae fuerit (9, 72) sed in flexu quasi aetatis paulum ad metas adhaeserit (75 cfr. §. 11 'initia aetatis', §. 77 'amicorum catervas') cumque Caelius annos 18 natus anno demum 64 Catilinae studere coeperit, antea ad illum non accesserit, non dubito locum sic restituere: *ad quem si non accessit . . . tamen existimetur . . . familiaris fuisse?* cfr. huius §[1] finem: 'nunquam (scil. tum temporis) ad illum accessit'. Particula interrogativa carere possumus cfr. §. 23 et Madv. gram. lat. §. 450.

§. 11. Demonstrare vult orator inanes de tironum impudicitia rumores ex ea potitissimum re nasci, quod tirones exercitatione ludoque fere nudi uterentur. *ludoque* non esse cum *campestri* coniungendum intelligitur ex Isidori loco (origg. 19, 22, 5), quem attulit Marquardt, röm. Pr. Altth. V, 2 p. 95, not. 942 cfr. Becker, Gall. III p. 105, Orell. ad Hor. Ep. I, 11, 18, non enim tirones tunicati, sed campestrati ludere soliti sunt. Jnanes isti rumores per spectatores otiosos spargebantur, quorum mentio fit ap. Petron. loco a Beckero (Gallus III p. 104) citato. Jam cum *campestri tunicati* vix dici possit pro *campestri cinctuti* sive *campestrati* cumque Friderici Wieseleri, viri doctissimi, quem de h. l. consului, interpretatio 'Statt mit einer Tunica mit einem Campestre bekleidet' nimis artificiosa esse videatur, editam lectionem esse corruptam mihi quidem persuasum est inque eam adducor suspitionem [aut vocem *tunica* (sic enim exstat in codd. Gruteri et in Oxonn. Sχ) esse glossema, quod in ipsam vocem *campestrati* irrepsit scribendumque esse *campestrati uteremur*, aut] ex corrupta codicis Leid. B. lectione *campestri civitati* exhibentis restituendum esse *campestri cinctuti*; cfr. Marquardt. Röm. Pr. Altth. V, 2 p. 166, not. 1527 (Lps. 1867). Oetl. p. 36 sq.

§. 13 *scelere etiam, si opus esset audacia*, quae lectio codicum collatorum omnium (in P. *et* dittographia ortum postea recte erasum est) cum optimum sensum fundat, non video cur editores recentiores et codicum vestigia et

Graevii Lallemandi Garatonii notas spreverint, Wr. 11, 27 praeterea Oetlingiusque 19, 5 locum coniectura tentaverint. Et *scelere* et *audacia* et cum *servire* et cum *opus esset* coniungi potest.

§. 14 *et fidelis* cum Voll. legerim cfr. p. 1015, 22. Non recte mihi quidem Wr. 5, 45. 8, 55) de lacuna cogitasse videtur, nam et *civis* et *amicus* habent duo epitheta apteque publicae opponitur Catilinae vita privata.

§. 15 *non modo si socius coniurationis.* Vocem *coniurationis* inclusam a Bakio et Wr. 10, 42 retinendam esse putaverim, dixit enim Cic. §. 16 se de ambitu similiter responsurum esse, quae similitudo eiusdem figurae rhetoricae (coniurationis — coniurationis, ambitus — ambitus) usu efficitur.

§. 16. Scribendum esse *si se ipse infinito* Oetl. 20, 12 bene vidit; neque aliter sanandus est locus, qui legitur Verr. IV §. 90 *eius religione te ipsi* (scil. Marcello) cfr. §. 108. Quam coniecturam olim a me excogitatam probari ab Ern. Curtio, viro doctissimo gaudeo.

tamen est eiusmodi, cupide ut magis cum Pluygersio (Mnemos. X p. 101), qui *cupide* recte cum *insectari* coniungit, scribendum esse putaverim, de eadem enim re dicit orator §. 76 *est violentior, quam vellem* cfr. 77 *in gerendis inimicitiis ferocitas.* Klotzii coniectura (p. XXXII) *tamen est eiusmodi eius cupiditas, ut magis* locis quos attuli similibus codicumque vestigiis minus accommodata est.

§. 17 *ad tempus ei mendacium vestrum accommodavistis* legitur in ed. Neap. quacum conspirant 5 Oxonn. 4 Leidd. Erf. Gembl. — Cod. Par. et Ox. T praebent *eius* pro *ei*. Facile intelligitur *eius* per scripturae compendium in *ei* mutari potuisse, cum tamen ne unum quidem locum reperire potuerim, quo *ad tempus* eo, quo h. l. dictum est, sensu cum genetivo personae coniunctum sit, cumque e contrario *ei* quoque in *eius* facile mutari potuerit, codd. deteriorum lectionem praeferre non dubito, cfr. §. 19 *qui vobis gratificari vellet inventum*, quo loco nihil nos impedit, quominus *inventum* pro substantivo habeamus, quamquam aliter quoque explicari posse, non nego.

§. 18. Kayserus bene coniecit *Medeam eamque migrationem* cum *migratio Palatina* vix dici possit pro *migr. in Pal. montem instituta.* Legitur in Leid. C. (inque ed. Veneta 1472) *mediamque migrationem*, quod, etiamsi non multum valeat ad Kayseri emendationem stabiliendam, ostendere tamen potest quomodo reliquorum codicum lectiones natae sint.

§. 19. Wr.° 12, 47 et Oetl. 20, 36 non adsensus sim *acute accurateque* coniicientibus, neque enim *accurate* ne in uno quidem eorum, quos Wr. citavit locorum legitur, neque Oetlingium vocabulum *argute* recte explicasse concesserim, sed Ernestio (clav. Cic.) assentior 'arguta omnia dici, e quibus argui, intelligi aliquid et colligi possit' exponenti Schützioque (lexic. Cic.) vertenti 'scharfsinnig, witzig' cfr. Cael. 67 *faceti.* Praeterea notandum est, Ciceronem eiusmodi epithetis habitum quasi oratorum genusque dicendi quam accuratissime describere, sic h. l. istum senatorem aperte deridet ut stultum, Atratini orationem verbis *ornate politeque* §. 8, Crassi *graviter et ornate* 23, Herennii *triste . . asperum* 25, P. Clodii §. 27 *gravissime vehementissimeque, inflammatus* cet. depingit cfr. (30, 32) 33, 36, 37, 38, 45.

§. 20 *et jam prospicitis* Wr. 11, 56 non bene coniecit *perspicitis*, cfr. enim tempora, quae praecedunt futura et p. 1007, 5. 1006, 22. Quae Wr. exempla attulit nihil demonstrant nisi quod iam dudum notum est *prospicere* ad tempus futurum pertinere.

§. 21 *ideo vobis quoque vos.* Cum in voce *vos*, quae p. quoque 1027, 11 abundat, vix vocabulum corruptum latere possit, in Garatonii, Kayseri, Wrampelmeyeri 9, 35 sententiam discedo.

§. 22 *quae facillime effingi* legendum esse non solum codicum P¹ P² Oxon. C., Leidd. ACD., Barber. auctoritas, sed hoc quoque nobis persuadet, quod ad *fingi* supplendum esset 'a testibus,' jam cum et *ad flecti* et ad *detorqueri* et ad *effingi* supplendum sit 'ab accusatoribus' codicis P. lectio facilior esse minusque quaesita videtur.

§. 23. Recte Orellius (probante Wr. 8, 33) coniecit *P. Ascitius*, *is* quod etiam legitur in Leid. C., Ox. χψ (Oxonn. H. S. habent *in* pro *is*).

Erravit Wr. 13, 39 coniiciens *vestrum maledictum*, non enim Atratini partes §. 10 iam peractae sunt, quippe qui §. 11 per *putas* alloquatur. Similiter res comparata est §. 62 *immo inquit*, quo loco facilius aliquis coniicere posset *inquiunt* quia §. 58 legeretur *vultis* — *vobis* — *aiunt*, 61 *aiunt*, 63 *fingunt*, quae tamen coniectura propter §[i] 64 verba *tu . . . dicas* ferri nequit.

§. 27. Sermonem esse h. l. de notissimo illo P. Clodio, ut putant Hottomannus Abramius Drumannus alii ex §[i] 78 verbis *cum suo coniuge et fratre* apparet. Oetl. 24, not. 5 in Garatonii aliorumque sententiam discedens de notissimo Clodio cogitare vetat, quia mirum esset, quod Cicero illius in tota orat. paucis tantum verbis rationem habuisset, cuius tamen rei explicatio in ipsius Caelianae §. 32 legitur, negat enim Cic. vehementius se invectum iri, quia sibi cum notissimo illo Clodio inimicitiae intercederent. Neque vero desunt loci, quibus Clodiae frater verborum ambagibus describitur. Sic §. 42 summa cum arte Cicero ea crimina, quae Caelio obiecta erant, ita profert, ut in Clodium quadrare apte videantur, non enim sine certa ratione ter in hac orat. domus mentionem (per quam et ad Pompeii et ad sui ipsius alludit cfr. har. resp. cap. 21) fecisse oratorem putaverim cf. 28 *nullius domum evertat*, 42 *ne incurrat in alterius domum*. Ad Clodium praeterea spectant hi loci: §. 7 *aliqui ex vobis robustioribus*, §. 74 *vellem alio potius*. Quae ἐμφάσεως virtus, cum in Oetlingii opusculo rhetorico neglecta sit, nonnullos rhetorum locos Ciceronianis exemplis illustrare mihi liceat. Conferendi sunt hi loci: Quintil. IX, 1, 20 sq. VIII, 3, 83 et 85 (Ligar. §. 15). Rhetores minores (ed. Halm) p. 517, 10. Cornific. (ed. Kays.) 209, 10. 208, 20 Kayser ad Cornif. 208, 7 Quintil. IX, 2, 65 sq. *ib.* 75, *ib.* 71 p. Cael. 32 *semper hic erro,* 38. Gravior ἔμφασις legitur p. Cael. 60. Huc pertinent occultae quoque adulationes, ut

Deiot. 26 *hae sunt regiae laudes* cfr. Halm, qui affert Deiot. 40 cfr. Ligar. 38. Praeterea cfr. Halmii notas ad Phil. I, 33 *domestici*, Catil. II, 22 *de complexu eius ac sinu*, Sull. 16 *noctem solitudinemque*, 27 *domesticis imaginibus*, Arch. 21 *regiis opibus*, Sest. 27 *saginantur*, 135 *strumam civitatis*, 139 *potentibus*. Rosc. Am. 46 *patre certo*, 124 *nomen aureum*, 93 *aliquem* (Chrysogon.), 100 *de ponte*, 135 *togatorum*, Imp. Pomp. 8 *egerunt*, Planc. 67 *fortasse nonnulli*. Quod attinet ad nomina, ad quae orator alludit cfr. Cael. 69 *quadrare*, Halm. ad Sest. 72 *nitedula* (Rufus) . . *calatis Gaviis* (Calatinus), 74 *Gavianus*; frigidiora dicteria: Verrin. I 121. IV, 53, 95. II 18, 19. Pison. 67. Sest. 69 *cognomen sibi arripuit*, har. resp. 5 *Ligurem*, Sest. 80 *homini Reatino*, 110 *plebicola* cet.

Primum precario scilicet praebent Oxonn. HTχ Leid C., quam lectionem, quam olim mea ipsius coniectura nactus eram, iam a Bakio commendatam esse doleo. Voc. *scilicet* saepius cum *si licet* confusam esse Georges docet in lexico latino. Veritate reperta non iam opus est amicorum meorum (Wr. 10, 47. Oetl. 15, 8) coniecturas redarguere.

§. 28. Cum in P. ante *multos et vidi* aliquid erasum sit, fortasse scribendum est *permultos*.

§. 29. Legi malim *Ut tibi reum neminem, sed vitia ipsa proponas, tamen copiose et graviter accusare potes.* 'Vitia ipsa' Lambino debetur, 'accusare potes' Oxon.χ, 'copiose' Bakius recte coniecit ut ex §. 25 apparet. cfr. Wr. 10, 47. Oetl. 15, 27. 17, 9. Voll. 25.

§. 30 *nullo auctore emissae* P[1] videtur (neque enim Halmii nota facilis est ad intelligendum) primum *auctoremissae* scripsisse, deinde *auctoreemissae* correxisse. Wr. 11, 20 *vocem emittere* omnino non dici cogitasse videtur, sed et *vocem mittere* et *voc. emit.* aequo iure dicitur, ut apparet ex exemplis a Drak. ad Liv. III 50, 4. V, 51, 7, Gronov. ad Iustin. 42, 4, 12, Duker ad Flor. IV, 10, 7, Burmann ad Phaedr. IV, 10, 4 collectis. Iam cum utrumque recte dici possit, locorum similium, qui sunt p. 1007,

10. 1019, 15, 28. 1015, 17, 19. 1018, 17. 1023, 9. 1020, 26 comparatio docet h. l. *emissae* praeferendum esse.

§. 35. Etiamsi veterem huius loci lacunam explere non possimus (Halm. mus. rhen. IX p. 329) pro certo tamen dici posse videtur, veterem illum interpolatorem lacunam sic expleri voluisse: *Tu vero mulier, quae in foro rem tuam moliris, jam enim ipse tecum nulla persona introducta loquor, si ea, quae facis quae dicis quae argumentaris, probare cogitas.* Quod enim Weiskius dixit in sermone amatorio amatorem *sororem* appellatum esse posse, equidem neque intelligo, neque quibus exemplis firmare possim habeo, quod ego pro *sororem* conieci *foro rem* probatur eo quod eadem §. legitur *in forum deferri iudiciumque voluisti.*

§. 36. Cum post vocabula corrupta, quae P[1] sic exhibet *ex is igitur* mox sequatur *qui est in isto genere*, non intelligo quomodo quod Madvigius coniecit *ex istis* appellari ab oratore *genus* potuerit. Quam difficultatem recte sentientes Orellius Vollenhoveniusque ex corrupta lectione adjectivum efficere studuerunt, quod praecedentibus *durum*, *agrestem* opponeretur. Quod tamen Voll. proposuit *ex intimis* a codicis vestigiis nimis remotum est; equidem proposuerim *ex issulis*, quod facillime cum *ex is igitur* confundi potuit (EXISSULIS). Quod vocobulum amatorium, cum ex infantium balbutiente sermone desumptum sit (cfr. Fabretti Jnscr. p. 45 num. 254 sq.) optime quidem illi *minimo fratri pusionique* respondet multumque valet ad loci *χαριεντισμὸν* (Rhet. min. 39, 11. 439, 32 Quintil IX, 2, 58) augendum, sed cum illa voce Ciceronem aliis quoque locis usum esse demonstrare non possim, erunt fortasse, qui coniecturam respuant, quam tamen non temere excogitatam esse, verba similia docent ut *Ipsa* *κατ' ἐξοχὴν* = *amata* Catull. III, 7 cfr. II, 9. Martial I, 110, 1. Plaut. Cas. IV, 2, 10. *Ipsimus* cfr. Bücheler ad Petron. satyr. cap. 63. *Ipsitilla* cfr. Juven. I 62. Mus. rhen. XVII p. 324. Ciceronem denique libenter terminis technicis usum esse, saepeque orationem

ad sermonis quotidiani habitum formasse demonstrat magna, quam collegi exemplorum copia, e quibus haec citabo: Cael. §. 3 *ei sic habeant* cfr. Halm ad Verrin. IV, 64, Richter ad Verr. IV, 131. Ligar. 30 (ad omnes locos Halmius cfrendus est) Deiot. 13, Mur. 26, 45, 76. Phil. I, 25. II 77. Sest. 89 Verr. IV, 47. p. Tull. 20. S. Rosc. 44, 48. Mil. 60, Verr. III 79, S. Rosc. 52, 80, 146. Planc. XVII in. 65, har. resp. 2 (*concidi paene*) 'Termini technici': Catil. I, 15. II, 1. Sest XXXVII extr. S. Rosc. 33, Planc. 29 48, S. Rosc. 118, 126, Planc. 53. Proverbia: Richter ad Verr. IV, 12, Halm ad Mur. 25 (Flacc. 46), Phil. II 41, Catil II, 11, 20, 21, Sest. 48, 59, Quint. 49, S. Rosc. 57 extr., 113, redit. ad Quir. 10, Köpke ad Planc. 95.

Etiamsi quod Rauius (varr. lectt. lib. LBat. 1824 p. 24) coniecit *fuistis nonnunquam in iisdem hortis una* quodammodo arrideat, locum tamen non iam persanatum esse existimaverim.

§. 37 *cur alienam ullam mulierem nosti?* Wr. 15, 26 coniecit *illam;* etiamsi codicis P. librarius syllabus quae sunt *ill* et *ull* saepius confuderit ut 1023, 6 huic tamen loco *ullam* magis convenit, quia et multo fortius dictum est et climacem efficit et magis seni comico accommodatum est, qui usque adeo ira abreptus est, ut ea quoque, quae licent non licere existimet.

§. 39. *Haec est igitur.* Sic verba esse collocanda amici (Wr. 29, 1. Oetl. 6, 35 sq.) bene viderunt, Oetlingii tamen, quam protulit causam non recte sese habere ex Madv. gram. lat. §. 471, 1 apparet.

§. 42. Codicis Memmiani lectionem *domum atque familiam* restituendam esse post Schützium Oetl. 18, 35 vidit, syllabae enim quae sunt *ili* p. quoque 1010, 16 (P[1] *nobis* pro *nobilis*) 1011, 4 (P *faliaris* pro *familiaris*) mendorum fontes fuerunt.

§. 44 *libere confiteri* Wr. 11, 25 (fortasse quia Halmii notam non recte intellexit) eo adductus est, ut *liberius* coniiceret, quam tamen lectionem Halmius commendare

noluit, sed explicare conatus est, quanam ratione vitiosa litera *i* exstitisset, in auribus enim librarii aut resonabat vocis *confidentius* finis, aut oculi ad vocis *confiteri* clausulam aberraverunt. Exempla Wr[i]. in hunc locum non quadrant.

§. 47. *An hic si se isti vitae dedidisset.* Nisi Ar. Messius haec verba sub ipsa dedendi voce citasset, codici P. obtemperandum esse existimarem cfr. Wr. 11, 29.

haec flagitiorum integumenta. Vocem *haec* interpolatori deberi, ut putat Wr. 10, 54, vix demonstrari poterit, idem enim h. l. significat atque 'huiusmodi' cfr. exempla, quae Madv. gr. §. 277, 2 attulit.

§. 48 *consuetudine atque concessu* cum Ernestio legendum esse amici (Wr. 11, 44. Oetl. 19, 32) dixerunt, quae lectio eo firmatur quod Leutschius, vir doctissimus cum seminarii phil. sodalibus communicavit *concessum*, gen. *concessi* substantivi loco positum apud scriptores classicos omnino non legi.

§. 49. Legendum esse *complexu osculatione*, *aquis navigatione*, *conviviis comissatione* suspicor. Bene enim Leutschius v. d. cfr. Wr. 13, 39 vidit aliquid excidisse, quod Clodia in terra fecisse putaretur. Clodia cum *palam* meretricio more viveret *in urbe* h. e. ante omnium oculos in *complexibus osculationibusque* versata est, in *Baiarum illa celebritate aquis navigationibusque* indulsit, in *hortis conviviis comissationibusque* adfuit. Quod Wr. coniecit *equis* infirmo tantum fundamento nititur, neque enim Clodiam equitasse aliunde traditum est, cum tamen Cicero, cuius maxime intererat Clodiae vitam turpissimis voluptatibus deditam perstringere, de ista re multa verba facturus fuisset, sed corruptela non latet in *aquis* cfr. praeter istam fabulam (§. 62) qua Clodia cum balneatore familiaritatis vinculo iungebatur §[i]. 34 verba 'ideo aquam adduxi ut ea tu inceste uterere'? cfr. ad Attic. II, 16, 10 Becker, Gall. I p. 132 sqq. Quod ego *comissatione* inserendum esse conieci varias habeo causas: In talibus enumerationibus homoeoptota quam maxime sunt ex usu Ci-

ceronis, quibus verborum clausulis amanuensis oculi decepti facile aberrare potuerunt, praeterea *convivia comissationes* §. 35 in simili enumeratione iunguntur similisque est ratio §.[i] 67, optime denique bina verba tribus illis *urbi hortis Baiis* respondent.

§. 55. *Recita testimonium L. Lucceii.* Sic verba cum Paris. contra Taur. auctoritatem contraque editores recentiores collocanda sunt, quod ut demonstrem omnes mihi ex omnibus Cic. oratt. loci similes comparandi sunt. Primum eos citabo, quibus id quod dixi demonstratur, deinde ne quem locum omisisse videar eos quoque, qui quamquam similes sunt, tamen in hunc locum nihil valent. Ro. Com. 43, Flacc. 78 bis, Verr. II, 1, 57, 79. II II, 24 III, 26, 74, 85, 102, 106, 154, 175. IV, 61 V 54. Sest 11, Verr. II I, 128 bis 150 III 123 V 147. Loci aliter comparati: Verr. IV, 59 (qui locus interpolatoris manum redolet) Verr. I, 37, 96, 150 III 124, 143 Cluent. 148 Verr. II I 84 III 45, 83, 87, 89, 92, 99, 100, 117, 124 bis, 126, 128, 167 sq. IV, 12. V 56. Fontei. 18 (Halm) Cluent. 196. Quint. 60. S. Ro. 25. Verr. II I, 37, 96 II II 127, 183 III, 93, 120. IV 143. V 50. Cluent. 168. Agrar. II 48 Flacc. 20, 27. Dom. 136. Verr. II I 94. Sest. 10 bis.

§. 56 *sceleris maximi crimen* scil. Dionis interficiendi, *alterius sceleris* scil. Clodiae necandae. Facere non possum quin mirer, quod Wr. 12, 45, Oetl. 16. 20 e contrario explicaverint.

§. 58. Minime spernendum est quod Oxon. *ψ* et Leidd. DAC. praebent *interitu esset ab hoc* quam lectionem si sequimur eadem sententia non iam bis eodem modo exprimitur.

§. 59 *praesentis fraudis* cum codd. legendum esse Klotzio concedo, sed viri doctissimi interpretationem '*fraudis quae nunc est et statim puniri potest*' non probaverim, est enim *praesentis* h. l. nostrum 'augenscheinlich' cfr. Famil. XV, 2, 8. XV, 6, 4 Cael 4 *haec praesens maestitia, quam cernitis* Divers. I 9 *exarsi praesenti iracundia.*

Catil. III 21. In locis, quos Wesenberg attulit, *praesens* semper cum *poena* coniunctum est, sed in hunc locum ex illis nihil sequitur.

Wr. 11, 26 scribi iussit *crebro . . . saepius . . saepissime*, quod si Cicero dixisset risum potius, quam lacrimas excitasset cfr. Quintil. IX, 3, 102.

§. 60. Bene amici (Wr. 7, 30. Oetl. 16, 39) viderunt in verbis *atque conantem sua* lacunam unius verbi statuendam esse, quam sic explendam esse putaverim 'atque *con*iurationem *con*antem sua.' Librarii oculus propter primarum utriusque vocabuli syllabarum clausularumque similitudinem facile decipi potuit; quod ad coniurationem attinet cfr. har. resp. 58, 45, 42 Attic. IV, 1, 6.

§. 61 *quid attinuerit ferri* scil. veneni pyxidem cum Oxon. C. cumque Merouillii et Oliveti editionibus legendum esse existimaverim. Vix enim *constitutum fit in locum* latine dici potest cfr. huius §ⁱ locum similem et §ⁱ 62.

§. 64 *cum se retraxit.* 'Se retrahere' pro 'se recipere' latine dici non posse Bakio (schol. hyp. III) Wr. 9, 46 concedendum est (Oetl. 17, 33 aliter videtur) quod Bakius praeterea ex Leid. B. (fo. igitur ex Gembl. quoque) commendat *cum retraxisset* minime spernendum est propter *tradidisset.* Jam dicam quo modo vitiosum istud *se* exstitisse verisimile sit: super voc. *cum* doctus quidam lector scripsit *si*, quia sequitur *si tradidisset*, unde factum est ut librarii *cum se* exaraverint.

erant enim illic positi Bakius bene ex Leid. B. restitui iussit. (Wr. 17, 18).

§. 65 *primum ad se revocarent . . . deinde.* Quam amici (Wr. 12, 53. Oetl. 19, 9) excogitaverunt coniectura '*ad servos revocarent*' ferri nequit, constitutum enim factum esse cum servis §. 62 dicebatur, ut omnia Caelio pollicerentur ipsaque Clodia servis praecepit, ut venenum acciperent, non igitur venenum acceptum servis crimini dari potest. Bakius (schol. hyp.) bene alqd. requirit, quod respondeat voci *pernegaret* ideoque coniecit '*primum*

adseverarent . . . . deinde' Bakii coniectura bene se habebit postquam *primum* et *deinde* deleverimus locumque sic distinxerimus *'Vidisse se dicerent? Adseverarent maximi facinoris crimen? — Id se vidisse dicerent . . .'* Postquam *adseverarent* in *ad se revocarent* obliteratum erat fortasse aliquis *primum* et *deinde* interposuit.

§. 73 *ut ipsius testimonio cognoscetis*; corrigi velim: *ex ipsius* cfr. §. 24 fin., 73 fin. Verr. III, 87, 93, 120. IV 143. V 61. Flacc. 20. Dom. 136, Font. 18 plerosque locos, quos ad Cael. §. 55 attuli.

§. 79. Paene in suspicionem adducor, ut *vel recordationis parentum* scribendum esse existimem, neque enim satis intelligo quid sibi velit *sustentate eum iucunditate liberorum.*

Jam nonnullas Klotzii Kayserique lectionum discrepantias notabo, quas taciti quidem in textum receperunt, neque tamen fundamento satis certo niti demonstrare poterunt:

§. 8 Kl: *ornate docteque dixisti* omni codd. ope destitutus.

§. 21 K: *desertis* cum Leid. B. pro *disertis.*

§. 33 (Kl. nunc p. XXXIII recte *si illo* cfr. Wr. 13, 7).

§. 36 K: *credo* ante *timiditatem* omisit cum G. (Leid. B, Oxχ) Oxon. C. H. ψ.

§. 59 Kl: *P. Catulo* contra omnes codd. pro *Q. Catulo.* P. quidam Catulus in Orell. onom. Tull. ne commemoratur quidem cfr. Cael. §. 70.

§. 66 K: *quaero enim cum* haud male cum Leid. C.

§. 73 Kl: *proconsule* cum Oxon. H. pro *proconsuli.*

ERRATA FABRILIA.

p.	6, 27	legas	quos
»	7, 1	»	derivatus
»	— 4	»	foedati
»	» 17	»	familiae
»	— 22	»	rhen.
»	8, 1	»	congruere,
»	— 8	»	sec.
»	— 15	»	Trismegisti
»	9, 8	»	refertur
»	— 24	»	Helmstadiensis
»	11, 1	»	tertiae
»	— 5	»	P^{o}
»	— 11	»	num.
»	— 14	»	Francianorum
»	12, 1	»	Deiotar,
»	— 2	»	Halm
„	— 3	»	»
p.	12, 15	legas	catalogue
»	13, 19	»	rhen.
»	— 23	»	nii
»	15, 34	»	Lagomars.
»	18, 14	»	cet.
»	21, 6	»	Merouillii
»	— 13	»	adnotationem
»	24, 30	»	erläutert'
»	25, 32	»	mirari
»	— —	»	admirari
»	— 34	»	mirari
»	28, 7	»	§^{i}
»	32, 35	»	Dukero
»	— 36	»	Burmanno
»	33, 24	»	vocabulum
»	34, 20	»	syllabas
»	37, 21	»	Oetl^{io}